

fia usque ad eam Missæ partem, in qua Evangelium legebatur, ut post dum incensetur sacrificium dimitterentur. Nam Missæ Catechumenorum non erat distincta a sacrificio, sed pars, seu inclusio sacramenti oblationem procedens.

Necquæ quod S. Cyprianus, *Epist. 33. de Anulo, & Epistola 34. de Calvino* in Lectores tantum ordinatis dixerit, eos Evangelium legisse, ac predicasse. Non enim dicit eos Evangelium legisse in Missæ sacrificio, quale munus Diaconi est; sed legisse, ac predicasse, quasi peculiari Sancti Spiritus ardore excitatos. Cæterum Lectores, aut etiam Subdiaconos, solemniter in Missa Evangelium legere nunquam sicutum fuit; quamvis privatim legere liceat. In quo sensu exponendum est Concilium Toletanum I. *Can. 9. ubi de Subdiacono, si defuncta uxore aliam duxerit, statuitur, ut habeatur inter lectores; & Obituos ad utrumque Evangelium, & Epistolam non legit.* Non enim supponit, officium Subdiaconi esse legere solemniter Evangelium in Missa; sed tantum prohibetur, ne legat Evangelium, & Epistolam eo modo, quo prius legere poterat; nimium, Epistolam ex proprio officio, Evangelium autem in supplementum præsentis Diaconi, absente enim Diacono ad legendum Evangelium admittantur forte in supplementum Subdiaconi.

VI. Tertium Diaconi munus erat olim fidelibus sub utraque specie communicandi calicem, sive sanguinem Christi dispensare, & etiam corpus præsentibus; & ad absentes deferre. Ita colligo ex S. Iustino, *apost. 2. pro Christianis pag. 97.* Ubi lego: *Qui apud nos vocantur Diaconi, atque Ministri distribuunt utriusque præsentium, ut participet eum, in quo gratia adhaerent, panem, vinum, & aquam, & ad absentes deferunt.* Postea tamen solius calicis dispensatio Diaconis relicta est, nisi necessitas cogeret, ut etiam corpus dispensaret. Primum indicat S. Cyprianus *Serm. de lapsis circa finem*, dicens: *Ubi vero solemnibus adimpletis collectis Diaconus offerre presentibus corpus & calicem. Idem demonstrant hæc S. Laurentii Diaconi voces ad Siltum Pontificem (apud S. Ambrosium *lib. 5. de Officiis, c. 41.*) dicens: *Quæ sacerdos sancto suo Diacono preparat, Nuncium sacrificium sua ministerio offerre conseruat. Ex parte certe, utrum idoneum ministrum ablegat, cui commissi Dominici sanguinis dispensationem. Secundum vero ostendit Concilium Carthageniense IV. c. 28. statuens: *Ut Diaconus præsentibus Presbytero, Eucharystiam ceteris Christi, si necessitas præterit, iussu ordei. Recitantur dicta de Ministro. Fecht.***

VII. Quartum Diaconi officium est, baptizare. Hoc functio fuisse Diaconos ab Apostolis ordinatos Acta Apost. tradunt, & Pontificale Romanum, & antiquus Ordo Romanus insinuant. Quo autem iure, ac sensu hoc eis competat, in *Tract. de Bapt. dictum est.*

VIII. Quintum Diaconi officium est, predicare verbum Dei, & Evangelium populis annuntiare, cuius officii meminit Pontificale Romanum. Hoc tamen officium inquit Estius, in 4. *distinctione 24. §. 16.* non competit Diaconis; eo quod ad id munus proprie ordinati sint; sed ut summaria quadam Evangelii expositione plebem præparent ad solidiorem, & exactiorem verbi Dei explanationem, quæ sic per Sacerdotem; Diaconos enim est minister, minister autem est inferre, & præparare ad opus, non opus perficere. Nec vero hoc ipsum eis permittitur, nisi, ut docet Catechismus Rom. de *Sacr. Ord. n. 20.* in absentia Episcopi, vel Sacerdotis, vel certe si iubentibus; & id quidem a loco humilioris, ut intelligant, munus illud sibi non iure Ordinis, sed sola Superioris delegatione competere. Sic legitur, *Act. 8.* Philippum Diaconum sua prædicatione Samaritanorum animos præparasse, ut apti fierent maioribus fidei mysteriis, quibus imbuendi erant prædicatione Apostolorum Petri, & Ioannis. Præparare autem animos ad Evangelium, ut proprium Diaconi etiam Evangeliorum perferatur, ut habemus ex Florentino. Unde ex verbis ipsius Episcopi constat eis potestas Evangelium legendi pro vivis, & defunctis.

IX. Sextum Diaconi officium olim erat, Ecclesie thesauro, sive oblati a fidelibus elemosynis præstare, & eas pauperibus dispensare, iuxta Episcoporum, vel Presbyterorum sententiam, & decretum. Et hæc fuit occasio Apostoli, *Act. 6.* septem primos Diaconos eligendi, qui tamē non per hoc omnem curam, & sollicitudinem circa pauperes a se abdicant, sed eam per Diaconos exequantur. Unde Paulus, *Gal. 2. v. 20.* testatur, se & Barnabam monitos fuisse ab Apostolis, ut pauperes memores essent. Quam suam sollicitudinem in Epistolis ad Corinthios sepe declarat; & præsertim, *2. ad Cor. 8.* Porro particulariter huius rei dispensationem commissam fuisse Diaconis testatur etiam S. Leo, *Serm. de S. Laurentio*, dicens de eo: *quod non solum ministerio sacramentorum; sed etiam ex dispensatione Ecclesiastica substantia præcinerat.* Similia de S. Laurentio dicit Ambrosius, *lib. 2. de Officiis, c. 28.* Sed hic non est cur immoeretur; cum vel ipsi heretici concedant, immo in hoc unice sicut esse Diaconi ministerium contentant, ut vidimus.

Posthinc vero Diaconorum cura erat eorum omnium, qui propter fidei confessionem in carcere detinebantur. Unde Ceciliano a Donatistis criminati repudium est, quod cum Archidiaconus esset, Martyrius necessaria non modo non suppeditasset, sed etiam suppeditari prohibuisset; ut Optatus Milevitanus testatur, *lib. 1. de Schisma Donatistarum. Et S. Cyprianus, Epist. 11. in prætorium* (inquit) *quod sepe ante cessitibus vestris factum est, ut Diaconi ad excurrem commoventes martyrum delicta consillis suis, & Scripturarum præceptis exhortarent.*

X. Plura erant officia, quibus olim Diaconi fungebantur. Sed præsertim negotiorum ecclesiasticorum cura, hæc ab Episcopis demandata, continuum cum his de illis rebus tractatum, & facilem ad eos accessum peperit; adeo ut hæc cum Episcopo quasi confidenti familiaritate occasionem ambitionis acceperint, ac se se adeo extulerint; ut sepius ausi fuerint Presbyteris sese æquales, ac interdum superiores existimare. Accedebat ad hoc, quod Presbyteri in una Diocesi erant plures, Diaconi non plures, quam septem, septenario numero primorum Diaconorum correspondentes. Unde etiam in Ecclesia Romana olim septem tantum creati solebant Diaconi, ut testatur Sozomenus, *lib. 7. Hist. c. 19.* Et Cornelius Papa apud Eusebium, *lib. 6. Hist. c. 35.* Addicque Stephanus Aduentis, *c. 7. de Sacr. Altaris: Sacrorum Apostolica præcepta, ut Vicario Christi in Sancto Sanctorum inveniente, septem in sublimiori gradu mensæ altaris assistentes serviant.* Quod in cæteris similiter observatum fuisse ostendit Ivo Carnotensis, *Serm. de Excellentia Ordinum*, dicens: *successores Apostolorum decreville: ut in omni matrici Ecclesia septem Diaconi circa aram Christi sublimiori gradu tamquam columnæ altaris assisterent.* Id ipsum decreverat, anno 314. Concilium Neocesariense, *Can. 14.* his verbis: *Diaconi septem debent esse iuxta regulam, licet, & valde magna sit Civitas. Id ipsum autem Abūm Apostolorum liber insinuat, quem Canonem repetit, & confirmat Concilium Aquigranense, c. 64.* Hæc igitur omnia, quibus a Presbyteris secerantur, aduaciam, & factum Diaconorum fovebant, de qua S. Cyprianus, *Epist. 101. ad Evangelium, seu Evangelium*, ut supra diximus, quo tempore conquebantur. Specialiter autem paucitati factum Diaconorum adscribit Hieronymus citatus dicens: *Diaconos paucitas honorabiliter, Presbyteros turba contemptibiliter facit.*

cum Barnaba fuerat deo iudatus; illas vult Ecclesia epibus servari, quæ propriis manibus non querere laborant, quæ vero vana sunt, quæ & esse probat, & vana. Sacro illic Diaconis factum numero adjectas fuisse etiam virgines docet Augustinus Constituit. *Apostolice lib. 6. cap. 17.* dicens: *Diaconis dicitur virgo publica, si natum non fuerit virgo, si factum vidua, qui non nuptiis. Concordat etiam sanctus Epiphanius in expolite fidei his verbis: *illa quidem univirsæ, & continentissimæ esse debent, vel post unam nuptiam vidua, vel perperam virginem.**

XIV. Dico secundo, Diaconis factum plura erant officia, quæ supra, *quæst. 3. dub. 1. §. 2. num. 7.* enumeravimus. Ubi etiam ostendimus, eorum ordinationem licet ordinationi Diaconi in aliquibus similem, non fuisse tamen sacramentum, sed eorum ordinationem ab Ecclesia introductam; unde illic Lectorem remittimus.

XV. Dico tertio, Diaconis factum a secentis, & ultra annis profusa abrogata sunt, specialiter quoad officia, ad quæ olim deputabantur; & quævis in Ecclesia Græca aliquod vestigium eorum remanserit, nec exdem fuit, nec rite quo olim, ordinantur. Constat ex Euehogibus apud Græcos a secentis annis, & Ritualibus apud Latinos conscriptis, in quibus de Diaconis factum ordinatione alium silentium est. Et ulterius, quia ab ea, quæ diximus, aret nullus usus in Ecclesiis catholicis videri; & licet in Ecclesia Metropolitana Mediolanensi adhuc daret, quod matronæ alique, quæ verulones vocant, in Missa solemnè iuxta Ambrosianum ritum ad offerendum ferunt panem, & vinum pro sacrificio; illæ tamen non nisi æquivocè Diaconis dici possunt.

XVI. Diaconis factum abrogationem dicunt aliqui primo decretam in Concilio Atraniensi I. *Canon. 26.* Et executioni mandatam in Concilio Epâunensi I. *Canon. 21.* his verbis: *Viduarum consecrationem, quæ Diaconis vocantur, ab omni regione nostra potest abrogari.* Addunt Concilium Aurelianense II. *Canon. 17.* ubi dicitur: *Placuit etiam; ut nulli postmodum femina Diaconis nullo benedictio pro conditione hujus fragilitate tradatur.* Sed quia alii, inter quos Juvenin, nolunt præstatis Concilii Diaconis factum esse penitus abrogatum.

Idem quidam sit: an aliquo Concilio statuta fuerit; certum est, ab anno milleimo, sensim fide sensu abrogationem Diaconis factum in tota Occidentali Ecclesia obtinuisse. Nam præter inconvenientiam, quæ non raro sequentibus, cessant motiva, ob quæ Diaconis factum instituitur. Cum enim post illud tempus facti dies Paschatis, & Pentecostes non sint amplius pro Baptismo observati; cum infantem tantum baptizari ceperint, adulti vero rarissime; cum Baptismus per immerationem (exceptis paucis provinciis) conferri desierit, cum demum vitorum sedes in Ecclesia a mulierum sedibus non sint amplius distinctæ, opus non fuit Diaconis factum, quæ tum in Baptisti ritibus, tum in aliis memoratis officiis intervirent.

QUÆSTIO VIII.

De Subdiaconatu, & aliis Ordinibus minoribus.

DE Subdiaconatu, & quatuor minoribus Ordinibus simul hic agemus. Subdiaconus, Græcè *Hypodiaconus* idem significat, ac *Sub Diacon*, seu minister Diaconi. Minores autem Ordines dicuntur Minores, quia collocant subiectum in statu inferiori in hierarchia Ecclesiastica, eorumque ministeria ad Eucharistia consecrandam sunt magis remota; dicuntur etiam non facti, non quia eorum ministerium profanum sit, & non facti, sed quia hominem Deo immobiliter nondum faciunt. Hi autem sunt Obituarii, Lectores, Exorcistæ, & Acolythæ. De his quorundam: An vere sacramenta sint, & quantum singularum officia.

DUBIUM I.

An Subdiaconatus, & quatuor minores vere sacramentum sint.

S. I.

De eorum institutione.

CUM omnium sacramentorum auctor fuerit Christus, ut in *Tract. de Sacram. in Gen.* ostensum est, si Subdiaconatus, & quatuor minores inter sacramenta sint reponenda, Christi institutio quaerenda est. Subdiaconatum ergo esse verum Ordinem, sicut & ceteros Minores, puto, quod omnes Doctores catholici admittant. Fide enim Catholica certum est, præter Sacerdotium esse alios Ordines majores, & minores: hoc enim fuit anathema factum Tridentini. *Sess. 23. Canon. 2.* Si quis dixerit, præter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & majores, & minores, per quos velut per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur, anathema sit. Quin autem sint majores, & minores Ordines, per quos in Sacerdotium tenditur, explicat, eadem *Sess. 23. Canon. 2.* his verbis: *Non solum de Sacroribus, sed & Diaconis, sacra littera expressè mentionem faciunt; & quæ maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimè verbis docent.* Et ab ipso Ecclesia Instito loquentium Ordinum nomina, acque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, & Obituarii in usu fuisse cognoscuntur, quævis non pariter notanda. Nam Subdiaconus ad majores ordines a paribus, & sacra Concilia reserunt, in quibus & de aliis inferioribus fre-

quentissimè legitur. Ex quibus patet, Subdiaconatum semper quidem fuisse Ordinem, non tamen vi fide institutionis fuisse semper inter majores Ordines; sed ad hoc fuisse per Ecclesiam, & sacra Concilia relatum. Quamvis igitur omnes fateantur, Subdiaconatum, & Minores esse veros Ordines, non tamen omnes fateantur, a Christo esse institutos. Qui enim negant, eos esse sacramenta, negant ex Christi institutione esse, sed Ecclesia: Qui vero eos sacramenta esse afferunt, a Christo institutos esse dicunt.

II. Pro quo observo: dupliciter dici posse Subdiaconatum, & ceteros minores Ordines fuisse a Christo institutos. Uno modo explicitè, distinctè, & in particulari: alio modo implicitè solum, & in generali; instituenti scilicet explicitè, & in particulari Ordinem illum, in quo ceteri, ut ei subdervientes includerentur; relinquenti ut Ecclesia singulis in eo inclusos in particulari distingueret. Primo ergo modo Christus instituit Sacerdotium, ad quem omnes Ordines ordinarunt, & Diaconatum, in quo ut in proximo, & immediato ad Sacerdotium ministerio cetera inferiora ministeria implicitè continentur. Secundo vero modo alios inferiores Ordines instituit, ut inclusos in superiori, quos Ecclesia particulariter distinxit.

Hanc doctrinam colligo ex S. Thom. in *Suppl. 3. pars. quæst. 37. art. 2. ad 2.* ubi hæc habet: *In primitiva Ecclesia præter paucitatem ministrorum omnia inferiora ministeria Diaconis commiserantur. . . . Minimus erat omnes præstare potestates, sed implicitè, in una Diaconi potestate. Sed postea multipliciter est cultus divinus: & Ecclesia, quæ implicitè habebat in suo ordine, explicitè tradidit in diversis. Et hoc solum hoc dicit magister in litteris (in 4. dist. 24.) quod Ecclesia alios Ordines sibi constituit.* Ita S. Thom. respondet objectioni, quæ intendebat probare, solum Presbyteros, & Diaconos esse de institutione divina. Censet ergo etiam alios Ordines inferiores esse de institutione divina tantum in Ordine Diaconatus implicitè, alii non explicitè institutos.

Probo etiam, Nam ut Advertiser concedunt, Subdiaconatus, & Ordines minores sunt veri Ordines; ergo pertinet ad hierarchiam Ecclesiasticam; ergo fuit ex institutione divina. Unde Concilium Trident. *Sess. 23. Canon. 6.* Si quis (inquit) dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divinam ordinatione institutam, quæ consistat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministri; anathema sit. Per ministros autem in generali non vidus Diaconos, sed Subdiaconos, aliosque inferiores intelligit. Hoc ergo supposito.

S. II.

Resolutio Dubii.

DICO: Probabilis est, ordinationem Subdiaconi, & aliorum minorum Ordinum esse vere sacramentum. Est contra multos recentiores, sequitur tamen ex dictis. Veri Ordines, & ceteri inferiores Ordines sunt veri Ordines, & ex institutione saltem implicitè divina; eorum ordinatio erit signum sensibile annexam habens gratiam ad debite pertinet ad ministerium, ad quod deputatur, & consequenter sacramentum. Cui consonat Concilium Tridentinum, *Sess. 23.* ubi anathema fertur, *Canon. 2.* cum, qui dixerit præter Sacerdotium non esse alios Ordines in Ecclesia Catholica majores, & minores, Et *Canon. 3.* indistinctè definit, Ordines seu ordinationem esse sacramentum; ergo verissime est, intellexisse etiam Subdiaconatum, & minores Ordines habere veram rationem sacramenti.

IV. Idem insinuat S. Thom. *in Suppl. 3. pars. quæst. 34. art. 3.* ubi probat, ordinem esse sacramentum sic, *Sacramentum . . . nihil est aliud, quam quoddam sacrificium homini exhibita cum aliquo signo visibili. Unde cum in susceptione Ordinis quoddam consecratio homini exhibetur per visibilia signa, consistat, Ordinem esse sacramentum. Cum ergo in susceptione Subdiaconatus, & quatuor Minorum homini exhibetur quoddam consecratio per visibilia signa, dicendum videtur, quod sint sacramentum.* — Tum in eodem *Suppl. quæst. 37. art. 1. ad 3.* ubi ostendit, omnes Ordines esse unum sacramentum; quia omnes sunt quædam participatio Sacerdotii, in quo est tota plenitudo sacramenti Ordinis. Cum igitur Subdiaconatus, & quatuor minores Ordines, sint quædam participatio Sacerdotii et intervensi, & sint quidam veluti gradus, per quos ad Sacerdotium ascenditur; fiet, ut cum illo constituat unum sacramentum. — Tum eadem *quæst. 37. art. 3.* ubi quaerens: An Ordines distingui debeant per sacros, & non sacros, respondet. *Quod Ordo sacer dicitur dupliciter. Uno modo secundum se: & sic quilibet Ordo est sacer, cum sit sacramentum quoddam. Alio modo ratione materiae, circa quam habet aliquem actum; & sic Ordo sacer dicitur, qui habet aliquem actum circa rem aliquam consecratam. Et sic sunt tres rationes Ordines sacri, scilicet Sacerdotium, & Diaconatus, qui habent actum circa corpus Christi, & sanguinem consecratum; Subdiaconatus, qui habet actum circa vas consecratum; & ideo illi etiam consecrationem inducunt, ut sancti & mundi sint, qui sancta tractant. Ubi nota, quod S. D. dicit, omnes Ordines esse secundum se sacros, quia omnes sunt sacramenta. — Et tandem ibi, *quæst. 36. art. 1.* docet in susceptione cujuslibet Ordinis peccare mortaliter, qui eum suscipit indignè.*

Objectiones Solvuntur.

V. Obicitur, Subdiaconatum non esse sacramentum. Primo, quia nemo antiquorum docuit, esse ex institutione divina, & per ordinationem dari Spiritum Sanctum. Immo in ea nunquam fuit adhibita impositio manuum, cui soli gratiam sacramenti Ordinis Patres adscripsere.

Secundo, Subdiaconus nullo profus fungitur officio, quod laicus, non modo valide, sed etiam licite exercere non possit.

Tertio, Gelasius II. Papa in Concilio Beneventano, apud Yvanem decrevit, cap. 5. cap. 52. ait: Sacros autem Ordines dicitur Diakonatum, & Presbyteratum; hos signidem solos primitiva legitur habuisse Ecclesia, super his solis preceptum Apostolicum habemus: Subdiaconos vero, qui & ipsi altaribus ministrant, sponsorshipem exigente concedimus.

VI. Respondetur, neg. ant. Ad primum, dico, quod esto nullus veterum dixerit expresse Subdiaconatum esse ex institutione divina, & per illius collationem dari gratiam; dixerunt tamen implicite dum Subdiaconatum, & ceteros Minores, veros Ordines esse dixerunt, aut de illis tanquam Ordinibus locuti sunt: Ordo autem indifferenter, ut ex traditione docent Florentinum, & Tridentinum, est sacramentum, quomodo autem Subdiaconatus, & minores Ordines dici possint ex institutione divina, supra S. I. explicavimus cum S. Thom. Ex quo etiam diximus, Ideo Veteres de Subdiaconatu, & aliis Ordinibus parum fuisse locutos, quia in primitiva Ecclesia ob paucitatem ministrorum omnia per Diaconos exercebantur, in quo Subdiaconatus, & ceterique Ordines implicite continentur.

Et hac ratione solum sacerdotium, & Diaconatum per impositionem manus confitentur; non quia hi duo soli Ordines sint veri Ordines, & sacramenta; sed quia in his solis datur plenitudo Ordinis, in Sacerdotio quidem, tanquam inter eos supremo, & ad quem ceteri Ordines referuntur: in Diaconatu autem datur quasi plenitudo ministerii, ministrandi scilicet corpus, & sanguinem Christi, & in eo inferiores Ordines continentur. Impositio autem manus ad ea sola sacramenta exhibetur, per que significatur, & confertur abundantia, & excellentia potestatis, & gratia.

VII. Ad secundum, neg. prima conf. Nam etiam non confirmatus potest facere actum, ad quem datur Confirmatio, nempe profiteri fidem coram tyranno: & tamen quis negabit, Confirmationem esse verum sacramentum? Secundo, diff. ant. Quod laicus non possit, per se, & ex officio, nego ant. Per accidens, & in defectu Subdiaconi, canon. ant. & nego conf. Nam etiam baptizare est actus proprius Sacerdotis; & tamen in casu necessitatis quilibet etiam laicus baptizare potest, private tamen, & non solemniter. Sic igitur non Subdiaconus in defectu potest non solemniter, id est, sine manipulo ministrare, sicut nec laici non habentes Ordines minores, dum, ut moris est, intersunt Missa private, censentur id facere non ex officio, sed ex dispensatione.

VIII. Ad tertium dico primo quod si Gelasium in rigore intelligimus, Subdiaconatum inter Ordines sacros, immo nec inter Ordines computare debemus: sed solum Diaconatum, & Presbyteratum; quia hos solos habuit primitiva Ecclesia, & de his solis preceptum Apostolicum habemus: quod tamen ad veritatem non admittit. Respondetur igitur secundo, Gelasium indicare solum, in primitiva Ecclesia ordinatos fuisse solos Presbyteros, & Diaconos; & de illis necessario ordinandis fuisse preceptum Apostolicum: non vero non fuisse alios Ordines a Christo in generali institutos, quibus tunc per solum Diaconum exercebantur tanquam implicite in illo contenti, ut supra S. I. diximus, quos postea Ecclesia distinxit. Adde etiam ex Gelasio haberi quidem, quod Subdiaconatus tunc non esset Ordo sacer, seu unus ex Ordinibus majoribus, non tamen quod non esset Ordo, nec sacramentum: cum ex dictis Ordinibus etiam minores, est non facti, sint sacramentum.

IX. Obijciunt, saltem quatuor minores non esse sacramenta. Primo, quia non semper fuerunt iidem Ordines in Ecclesia. Nam Laboratores, & Cantores olim fuerunt in aliquo Ordine ecclesiastico, ut ex S. Ignatio, Epist. ad Antiochenos. Acolythatus autem nullam apud Veteres Apostolorum temporibus vicinos mentionem invenimus. Rursus: Acolythatus confertur ab Episcopo formam pronuntiantes, & Archidiacono porrigente ceroterium cum cereo, ut habet Canon 6. Concilii Carthag. IV. sacramentum, autem, quod in actione consistit, confertur debet a ministro materiam simul, & formam applicante.

Secundo, S. Clemens, lib. 8. Constit. cap. 32. De Exorcistis dicit, quod non ordinetur, sicut idem prius dixerat de virgine, & vidua.

Socrates etiam, lib. 5. Hist. cap. 20. scribit: quod in Urbe Alexandria Lectores, & Psalterii abique ulla discrimine finis, tam Catechumens, quam fideles; cum tamen omnes ubique Ecclesia nonnulli fideles ad hunc gradum promovant. Catechumeni autem sacramenti Ordinis capaces non sunt.

Tertio, Minores Ordines confertur possunt per Abbates & alios simplices Presbyteros ex indulto Apostolico: sacramentum autem ordinis a solo Episcopo confertur potest.

Quarto, Quando plures actiones ordinantur ad unum effectum spirituale, illa sola est sacramentum, quae talem effectum attingit; ut patet in exorcismo, & exorcismo, in Baptismo: sed nullus Ordo attingit effectum principalem Ordinis,

qui est consecrare corpus Christi, nisi Sacerdotibus; ergo solus ille est sacramentum. — Maxime quia sacramentum Ordinis datur potestatem conficiendi, & confertur cetera sacramenta; sicut Baptismus datur potestatem ea recipiendi; hae autem potestates datur in solo Sacerdotio. Unde cum S. Thom. supra, quae. 37. art. 1. ad 2. diximus, plenitudinem Ordinis esse in solo sacerdotio, in aliis autem esse tantum participationem Ordinis; ergo solum Sacerdotium est sacramentum.

X. Respondetur, ex his aliqui, si quid probant, probare etiam minores Ordines, nec esse veros Ordines; alias vero, nec Diaconatum esse vere sacramentum, sed solum Sacerdotium. Respondetur ergo ad primum: Septem Ordines semper in Ecclesia fuisse, nec plures, nec pauciores testatur Dionysius, lib. Hierarch. cap. 3. Ignatius, Epist. ad Antiochenos, ubi omnes recenset, praeter Acolythatum. Cajum Pont. in Epist. ad Felicem, omnes omnino his verbis: Si quis Episcopus offerre voluerit, sit primo Ostiarius, deinde Levitor; postea Exorcista; inde Sacerdos Acolythus, deinde vero Subdiaconus, deinde Diaconus, & postea Presbyter: & exinde, si meruerit, Episcopus ordinatur. Singulos etiam recenset a Cornelio apud Eusebium, lib. 6. Hist. cap. 35. mihi 43. de quo dictum est supra, quae. 4. dub. 1. S. 2. quo lectorem remitto. Ibi etiam, num. 12. ostendimus, Laboratores, & Cantores fuisse mera ecclesiastica officia, non veros Ordines. Laborantium enim officium erat curare corpora defunctorum; Cantorum vero populam ad cantum psalmodum excitare. Unde Concilium Carthag. IV. dicit Cantores a simplicibus Presbytero deputari posse absque licentia Episcopi. Ibi etiam, num. 16. rationem dedimus, cur Acolythi nomen ab aliquibus antiquis sepe recitetur.

Quod vero de Acolythi ordinatione dicitur, falsum est, ut dicitur, quod ejus materia essentialis sit traditio cerei cum candelabro, sed urecoli vacui, qui ab ordinate, cum profertur verba, traduntur.

XI. Ad secundum dico: S. Clementem agere de Exorcista, qui simul cum gratia curationem accipiat gratiam liberandi energumens; in quo sensu non est Ordo, sed gratia gratis data: aut enim, quod hoc fit spontanea benevolentiae, & gratiae Dei. Ego ideo iuste prohibet talem ordinari.

Socrates autem solum indicare voluit, quod Alexandria forent afflumi, non ad Ordinem, sed ad officium Lectoris, & Psalmista, sive Baptizatos, sive Catechumens: cum tamen omnes aliae Ecclesiae nonnulli fideles affluerent.

XII. Ad tertium dico: quod sicut in Ecclesia Graeca etiam simplices Presbyteri ex dispensatione Episcopi confirmare solent, & in Latina etiam ex dispensatione summi Pontificis id possunt, cum tamen Confirmatio sacramentum sit: ita ex eadem dispensatione Abbates, & simplices Presbyteri conferre possunt minores Ordines, quavis sacramentum sint.

XIII. Ad quartum, quod, ut dixi, probat solum Sacerdotium esse sacramentum, dico; majorem veram esse, quando actiones ad aliud ordinantur, nil aliud sunt, quam dispositiones, ut catechizatio, & exorcizatio ad Baptismum. Singuli autem Ordines praeter hoc quod disponant ad Sacerdotium, habent proprium ministerium, ad quod consecrantur, & spectant ad ordinem Ecclesiasticum sibi proprium.

Ad id quod primo additur: dico: sacramentum Ordinis non solum dicere potestatem conficiendi Eucharistiam, sed includere etiam potestatem exorcizandi ministeria circa ipsam: & ideo non oportet, ut omnis Ordo sit ad sacramentum perficiendum, sed aliqui debent esse ad ministeria inferiora.

Ad id vero, quod secundo additur, dico ex mente S. Th. Totam plenitudinem Ordinis est in Sacerdotio, non quod gratia, character in eo solo reperitur; sed quia gratia, & character aliorum Ordinum, eorumque ministeria referuntur ad ipsum, & ad ejus effectum perficiendum ordinantur.

D U B I U M II.

De materia, forma, & officio Subdiaconatus, & minorum ordinum.

S. I.

De Subdiaconatus materia, & forma, & officio.

I. Subdiaconus cum ordinatur, quia in Ecclesia Latina, manus impositionem non accipit, paternam de Episcopi manu accipit vacuum, & calicem vacuum, ajunt Patres Concilii Carthag. IV. Can. 5. & Ordo Romanus: quibus consentit Concilium Florentinum, & Pontificale Romanum.

Materia ergo Subdiaconatus est calix, & patena vacua per Episcopum porrecta; forma autem verba, quae porrigendo Episcopus profert: Videte ejus ministerium nobis traditur: ideo vos admoveo, ut ita vos exhibeatis, ut Deo Materie possitis.

Urecoli aqua, & vino pleni, qui subinde ei, qui ordinatur, traduntur ab Archidiacono, non pertinent ad materiam ordinationis; sed ad declarandum, quod Subdiaconi in suo officio intersunt Diacono.

II. Postquam vero Episcopus Subdiaconum ornavit propriis vestibus, ad quarum singulas verba, & ceremonias adhuc, tradit ei librum Epistolatum, dicens: Accipe librum Epistolatum, & habes potestatem legendi eam in Ecclesia sancta Dei &c.

Hanc traditionem libri Epistolatum, & verba praedicta esse materiam, & formam partialem ordinationis Subdiaconi; ad eum modum, quo traditionem libri Evangeliorum diximus esse materiam saltem partialem, & verba, quae in traditione dicuntur, partialem formam esse, probabile est. — Sed veritas crediderim, non spectare ad substantiam ordinationis, nec

nec gratiam producere; aut characterem Ordinis imprimere; sed inoppressi supponere ad aquam per traditionem patet cum calice; solumque esse ceremoniam designantem actum minus principalem Subdiaconi. Actus enim principalis Subdiaconi non est Epistolam legere Diacono canere: sed esse calicem, & ac patenam ad altare deferre, & Diacono vel Sacerdoti porrigere, vinumque, & aquam ab Acolytho preparatam supplicare ad sacrificium. Unde nec Concilium Carthag. IV. nec Florentinum traditionis libri Epistolatum meminere.

Neque juxta exemplum Diaconi. Nam, ut supra dictum est, ideo traditionem libri Evangeliorum, & verba in ea prolata ponimus pro materia & forma inadquata; quia sola impositio manuum non determinat sufficienter se sola potestatem, & characterem Diaconi; & licet legere Evangelium non sit actus principalis Diaconi, tamen traditio libri Evangeliorum assumitur pro materia. Quia, ut diximus ex D. Thom. in Suppl. 3. par. quae. 37. art. 5. ad 5. potestas Diaconi ad actum principalem non potuit exprimi, nec per dationem vasis tantum, quia hoc est materia Subdiaconi; nec per dationem vasis cum materia, nempe pane, & vino, quia hoc est materia Sacerdotis: & ideo debuit exprimi potestatis ejus ad actum secundarium in hoc, quod datur in libro Evangeliorum. At per dationem calicis, & patenae vacuae exprimitur potestas Subdiaconi ad actum ejus principalem; & ideo traditio libri Epistolatum non est nisi ceremoniam accidentaliter. Ideoque de hac ante duodecimum saeculum nulla mentio fit nec in ritualibus, nec apud auctores, immo neque apud S. Thom.

III. Officia autem, sive adus Subdiaconi sunt. Primo: portare vasa corporis, & sanguinis Domini, & oblationes in altari ponere, id est, ordinare materiam Eucharistiae in vasis sacris; & ideo quomodo ordinatur, accipit calicem vacuum de manu Episcopi. Ita S. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. quae. 2. in C. & art. 2. ad 3. & in Suppl. 3. par. quae. 37. art. 4. ad 3. ubi ait: Oblationes a populo oblatae per Sacerdotem offeruntur. Et ideo duplex ministerium circa oblationes, qui accipit oblationes a populo, & qui eas offert. Hic est Subdiaconus, qui accipit oblationes a populo, & altari imponit, vel offert Diacono. Aliud est pariter Sacerdotis, & hoc Diaconi est, qui oblationes ministrat ipsi Sacerdoti. Et in hoc est actus principalis utriusque Ordinis. Et praeter hoc Ordo Diaconi est superior.

IV. Secundo: Accipere ureculos cum aqua, & vino esseque ut ad ponendum in calice, & praebere aquam ministris Sacerdotis: Ideoque in sui ordinatione sicut accipit calicem vacuum, quia potestatem non habet super contentum in calice; ita accipit ureculos plenos, quia potestatem habet super contentum in eis. Ad differentiam Acolythi, cui, ut dicimus, traduntur urecoli vacui, quia non habet potestatem super contentum in eis: Sed Subdiaconus habet actum super contentum in urecolo, quia mittit aqua, & vino ad ponendum in calice, & aquam iterum manibus Sacerdotis praebet. Ita S. Thom. in Suppl. 3. par. loco citato, ad 6. & in 4. dist. 24. quae. 2. art. 3. ad 6. Hic autem duo actus sui officii sunt principalia Subdiaconi, quia per haec ad Eucharistiam ordinatur: Ille autem est principalis actus ministerii sui Ordinis secundum quod magis proxime ordinatur ad Eucharistiam sacramentum, ut docet S. Thom. q. 37. Suppl. art. 4. citato in Corp.

V. Tertio, Subdiaconi actus, seu officium est ferre Crucem secundum consuetudinem aliquorum Ecclesiarum, & legere Epistolam: hi autem sunt actus Subdiaconi tantum secundarii, ut ait S. Thom. cum, in Suppl. quae. 37. art. 4. ad 3. cum in 4. dist. 24. quae. 2. art. 2. ad 3. Unde Catechismus Rom. de Sac. Ord. n. 159. dicit, Epistolam olim a Diacono in Missa recitatum fuisse, quod indicat etiam S. Thom. loco mox citato.

VI. Hic Ordini modo annexam esse continentiam probavimus supra, q. 4. dub. 2. S. 2.

VII. In Ecclesia autem Graeca sola manuum impositio est materia Subdiaconatus. Hinc enim solum ritum antiqua, & hodierna Graecorum Euchologia describunt. Apud Graecos Subdiaconi officia haec sunt. Primo: portas, quibus patet aditus ab atrio Ecclesiae ad Sanctuarium, custodire, dum timentum sacrificium offertur. Secundo: edicium prolatur a Diaconis de Catechumenorum, & aliorum immundorum expulsionem mandare executioni. Tertio: vasa sacra disponere in mensa propositionis, ut apta sint ad sacrificium; ea tamen a mensa propositionis ad altare deferre, non Subdiaconi, sed Diaconi officium est.

S. II.

De materia, forma, & officio quatuor minorum Ordinum.

VIII. Inter minores Ordines dignitate primus est Acolythatus: quia ejus officium proprius, quam ceterorum, ad Eucharistiam accedit. Nomen hujus ordinis Graecum est, & dupliciter scribitur. Vel Acolythus, id est, non prohibens, cui nempe propius ad altare accedere non prohibetur. Vel Acolythus, id est, Assessor, quia ministros majores in altaris ministerio assessor, esseque dat operam. Vocatur, & ab aliis Ceroferarius, quia cereos defert. Hinc Catechismus Romanus de Sacram. Ordinis, num. 18. Acolythorum, inquit, Munus est ministris majores, Subdiaconos, & Diaconos in altaris ministerio assidere, esseque operam dare. Praeterea tamen deserunt, & assessor, cum Missa sacrificium celebratur; praecipue vero cum Evangelium legitur, ex quo Ceroferarii alio nomine vocati sunt.

IX. Materiam hujus Ordinis sunt urecoli vacui per ordinationem traditi; forma vero: Accipe ureculos ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistia sanguinis Christi in nomine Domini.

ni. Ideo autem Acolytho traduntur urecoli vacui ad designandum, ait S. Thom. quae. 37. art. 4. Suppl. ad 6. Quod Acolythi habent actum supra ureculos tantum, non supra ea, quae in urecolo continentur. Traditur etiam Acolytho candelabrum cum cereo. Sed haec traditio non est essentialis, ut significat S. Th. citata q. 37. art. 5. ad 6. dicens: Principialis actus Acolythi est, qui ministrat in urecolo, quam qui ministrat in candelabro; quamvis denominetur ab actu secundario, propter hoc, quod est magis usus, & magis proprius ei. Et ideo in datione urecoli imprimatur Acolytho character virtute verborum ab Episcopo prolatorum. Hinc

X. Officium Acolythi principale est aquam, & vinum portare in urecolis, & parata praesentare; secundarium autem cereos deferre quando legitur Evangelium, ut etiam postea quando sacrificium perficitur. Olim autem Acolythi erant sustinere patenam, quam modo sustinet Subdiaconus; & gestare in manu litulam, per quam tunc temporis attrahebat populum Christi sanguinem.

XI. Secundus Acolythi inferior Ordo est Exorcistatus, ab adjuvando. Unde Exorcista idem est, ac Adjutor: cujus materia est liber Exorcismorum, forma autem haec verba: Accipe, & commenda memoria: & habeto potestatem imponendi manus super energumens, sive baptizatum, sive catechumenum. Ita Concilium Carthag. IV. Can. 7. In primitiva autem Ecclesia Exorcistae erant in duplici differentia. Quiddam enim vim habebant Demones efficiendi ex gratia gratis data de quibus intelligendus est S. Clemens, lib. 8. Constit. cap. 26. dum ait: Exorcistam non ordinari. Alii vero erant Exorcistae per ordinationem, qui scilicet virtute sine ordinationis habebant potestatem Demones ab energumorum corporibus efficiendi. Hujus autem Ordinis aperte meminerunt antiquae Ecclesiae Latinae, & Graecae Patres, & Scriptorum utriusque; ut videre est apud Baronium, Tom. I. Annal. ad ann. 56. num. 6. &c.

XII. Horum officium est, invocando nomen Domini, manus imponere super energumens. Exorcismi autem, qui supra baptizatos etiam ab immundo spiritu non vexatos adhibentur, cum non sint ad curandos energumens, sed Baptismi ceremonias pertinent, non comprehenduntur in officio Exorcistarum, sed Sacerdotum. Hujus Ordinis officium praesignavit Christus, quando spiritus immundus eiecit ab energumens: potestatem vero id sciendi contulit, Marc. 16. v. 17. dicens: In nomine meo Demonia ejectionis. Quavis hic loquatur non de Ordine, sed de gratia gratis data. Reperitur etiam Exorcistae nomen, Act. 19. ex quo didicimus fuisse etiam apud Judaeos exorcizandi munus.

XIII. In exordio Ecclesiae, Justino, & Tertulliano testibus, exorcizandi munus commune erat omnibus fidelibus, etiam non ordinatis: eo quod omnes tunc gratis gratia datus munus, potestatem habebat per invocationem nominis Christi fugandi Demones a corporibus, linguis novis loquendi, & alia miracula facienda. Tunc enim ad adificationem Ecclesiae, & ostensionem virtutis Christi conveniens erat. Postea tamen munus exorcizandi, maxime juxta formam ab Ecclesia praescriptam, ad solos ordinatos restrictum est. Unde in Concilio Laodiceno, anno 372. circiter, Can. 26. statutum fuit: Quos hi, qui non sunt ab Episcopo ordinati, tam in Ecclesia, quam in domibus exorcizare non possunt.

XIV. Tertius Ordo est Lectoratus. Hujus materia est codex divinarum lectionum: forma vero haec verba: Accipe, & esto Verbi Dei relator &c. Hujus officium erat, ille Cyprianus, Epist. 24. 33. & 34. ex edito loco recitare Scripturam, etiam Evangelium; non quidem canendo, sed clare, & distincte legendo, sive ad pieces, & horas nocturnas; sive ad concionem. Concionaturo enim Episcopo, Lector toti populo conspicuus stabat, & eam Scripturae partem, quae explicanda erat, clare legebat. Eius quoque partes erant prima Christianae religionis rudimenta fidelibus, & Catechumenis tradere, ut Catechismus Rom. n. 16. de Sac. Ord. & S. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. q. 2.

XV. In Missa tamen sacrificio legere Evangelium, vel Epistolam ad Lectorem non pertinet, sed tantum Prophetias veteris Testamenti, si quae in Missa legenda sunt: primum enim pertinet ad Diaconum, secundum vero ad Subdiaconum, ut diximus. Cujus rationem dat S. Th. in Suppl. 3. par. quae. 37. art. 4. ad 4. his verbis: Doctrina est remota preparatio ad sacramentum suscipiendum; & ideo pronuntiatio doctrinae ministerio committitur. Sed doctrina veteris Testamenti adhuc est magis remota, quam doctrina novi, quia non insit in hoc sacramentum nisi in figuris. Et ideo novum Testamentum superioribus ministris pronuntiandum committitur, veteris autem inferioribus (Lectoribus) Doctrina etiam novi Testamenti perficitur est, quam Dominus per seipsum tradidit, quam ipse manifestavit per Apostolos. Et ideo Evangelium Diaconis, Epistola Subdiaconis committitur.

Lectoratum olim conjungebatur velut appendix officium Cantoris, vel Psalmista, ut Cantores, & Psalmista essent Lectores veluti coadjutores: quatenus, vel eo praesente, ceteri succinerent; vel ad ejus imperium Cantores psalmos, & hymnos intonerent.

XVI. Postremus, & infimus inter Ordines est Ostiarius, cujus materia est clavium Ecclesiae porrectio facta ab Episcopo; forma autem facti verba, quae Episcopus tradendo clavem super ordinandos profert: Sic agite, quasi redditis Deo rationem pro his verbis, quae hic clavium recluduntur. Ita ex Concilio Carthag. IV. Can. 9.

Aliqui existimant, etiam pullationem campanae, aut traditionem funis campanatum spectare ad materiam hujus Ordinis.

vis. Sed immerito. Prima, quia praefata verba sic agere...

XVII. Mores autem, & officia Olliariorum sunt. Primo: Claudere, & aperire Januas Ecclesiae...

TRACTATUS XIII. DE MATRIMONIO.



Ut inter sacramenta venit Matrimonium, quod a Matre dicitur potius, quam a Patre...

QUESTIO I.

De Matrimonio, ut in officium naturae.

DE Matrimonio secundum se, & ut institutum ad propagationem naturae...

DUBIUM I.

An Matrimonium sit res bona, & licita?

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Saturninus, Simonis Magi discipulus, Marcion, Tatianus, Manichei, Encratitae, Adamiani, alique veteres...

II. Dico. Matrimonium per se bonum, ac licitum est. Probo primo. Id, ad quod natura ratione ducta inclinatur...

III. Probo tertio. testimonio Christi, qui matrimonium dicit, & factum comprobavit. Dicit quidem: nam, Matthaei 19...

causis necessitatis, & seclusa prohibitione Ecclesiastica. Nam quod regulariter id non liceat...

XVIII. Alterum Offitium matris, teste Catechismo Rom. n. 19, erat: ad sanctum etiam Missae sacrificium assistere...

Accedit tertium munus, nempe, pulsare campanas, & populum fidelem ad Ecclesiam convocare...

Quartum tandem, pro quo magnam in Ecclesia antiqua Ollarius dignitatem obtinebat, ut idem Catechismus asserit...

XIX. De Tomura hic non loquitur eam enim ex Ordinum albo expunxit supra, q. 4. ubi. 1. §. 3. num. 11. non est...

Hic autem determinatio certa familiae matrimonium, dicitur. Unde cum fornicatio sit concubitus vagus, utpote praeter matrimonium exiens...

S. II.

Solutio Objectionum.

VII. Obijciunt primo. Quamvis matrimonium in statu innocentiae bonum ac honestum fuisset, non tamen modo in statu naturae corruptae...

Nam contra est. Coniuges sponte, ac voluntarie matrimonium contraxerunt: imo & actum matrimonium sine exigendo debuit, sive reddendo libera voluntate exerceret...

VIII. Respondeo ad haec. neg. ant. cum S. Th. in Supplement. 3. q. 9. art. 4. Nam Sappho, quod natura corporis a Deo sit...

IX. Neque ex eo, quod actus conjugii exerceri non possit sine concupiscentia, sequitur, quod absolute sit malus...

X. Porro posse conjuges consentire in actum conjugii, ita ut consentus voluntatis feratur in solum actum, finemque ejus...

XI. Nec refert, quod in actu libidinis de lege non cogitur: Quod enim cogitari potest tunc, quando mens ipsa qua cogitatur...

XII. Obijciunt secundo. Matrimonium, ejusque usus post lapsum non absolvit a culpa. Primo. Ex Apollolo, 1. Cor. 7. v. 6...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XI. Nec refert, quod in actu libidinis de lege non cogitur: Quod enim cogitari potest tunc, quando mens ipsa qua cogitatur...

XII. Obijciunt secundo. Matrimonium, ejusque usus post lapsum non absolvit a culpa. Primo. Ex Apollolo, 1. Cor. 7. v. 6...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...

XIII. Respondeo, neg. ant. Ad primum Apolloli dictum respondeo, Apollolum loqui de concubitu conjugali, qui ad expiendam incontinentiam fit...